



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorvm Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Magna est gloria in salutari tuo, gloriam & magnum decorem impones  
super eum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

onis futuris se loquitur  
quae hoc uirum copiosum  
dies enim mali sunt  
predixit, quod in mundo  
sine labore possiderent  
intelligere persumat  
allegoricis, sed non nisi

uicium & sententia  
dicos intelligimus, quod  
rimis, Quae per uicium  
nitentes asinas, id est  
d est uos iudices, Et  
en. xlix. In uiderunt  
ronam obrizi, id est,

o sermone coepit de  
uehementer heratem  
line uirum, polinumque  
as pompas, cadere  
cum tales coronas  
impississimi & sceler  
cet cum uultu suo, sed  
salimus, Quare ma  
re debet, coronam  
um attribuit,

um in seculum,

dulcedinis ordine  
nerat enim, uitam,  
deinde uiciorum  
um erit, quid de  
pe has optimas  
e eum saluum fa  
e dierum dedit ei  
hristo psalmum  
est iste affectus,  
os, & exauditum

atam, esse longi  
m & in seculum  
rie transferunt,  
e, sicut nos ale  
perius diximus,  
ione, aeterna  
illumque finem  
habente,

habere, aeternus sacerdos Christus Paulo intelligitur. Posset qui uellet, alteram dictionem, olam, referre ad regnum Christi in Ecclesia militante, Alteram, ed, ad Ecclesiam triumphantem. Hoc autem obserua, quod maiora reddi, quae petamus, a deo, Prophetam uoluisse ostentare, dum simplicibus uerbis, uitam peti tam, & mox augustinioribus, longitudinem dierum in seculum & in aeternum, tributam dicit. Ita semper petitio nostra minor est, quam dona accipienda, ut Apostolus Ephel. iij. docet.

Magna est gloria in salutari tuo, gloriam & magnum decorem impones super eum.

Mira uarietas & inconstantia interpretationis. Has hebraicas dictiones, **הדר** Hod uehadar, Hoc loco, Gloriam & magnum decorem, psalmo. xliij. Specie tua & pulchritudine tua. Et. xcvi. Confessio & pulchritudo, Et. cx. Confessionem & decorem induisti, psal. cix. In splendoribus sanctorum. Interim nos dicimus, Laudem & splendorem. Splendorem enim dicimus, regium illum apparatus & abundantiam rerum, sicut in Euangelio Luca. Diues ille quoniam die epulabatur splendide. Et Poeta, Et domus interior regali splendida luxu, quem & megaloprepium, magnidecentiam dicere possumus, quod noster interpres uoluit, cum magnum decorem, duabus dictionibus, unam hebraeam **הדר** Hadar, imitatus est. Est autem splendor & magnidecentia Christi, quod in regno suo, magnos, multos, nobilissimosque principes & populos, omni sapientia, ueritate, aliisque spiritualibus dotibus ornatissimos habet, ipse omnium splendidissimus & ornatissimus, quibus omnes preciosissimae res abundant largissime, tamen cum decore & reuerentia, quales Apostolus Corinthios laudat, dum dicit eos diuites factos in omnibus. Laus autem eius est, quod ab his omnibus honoratur, omnes ei confitentur & gratias agunt, quod illius dono haec omnia habeant.

Est ergo sensus: Christus rex, qui in morte sua fuit omnium despectissimus, nouissimus uirorum, ab omnibus derelictus, In salute tua, seu dum tu eum a morte saluum facis, recepit per hac ignominiam, solitudine, despectu, summam gloriam, quia ponis in eum laudem & splendorem, Isa. liij. Propterea dispartiam ei plurimos, & fortium spolia diuidet, Prouer. xliij. In multitudine populi, dignitas regis, Vbi eadem dicitio, hadar, dignitas transfertur, sicut eiusdem, xx. Exultatio iuuenum, fortitudo eorum, & dignitas senum canicies. Ego germanice hadar dicerem, **pracht vnd herrligheyt**, magnidecentiam, uenerabilem pompam, splendorem. Nam **הדר** Cabod, proprie doxam & gloriam, **הדר** Peer, autem, cauchima, instantiam gloriationem actiuam significat, ut supra, Exultatio iuuenum, pro gloriatione iuuenum, fortitudo eorum, Et psal. lxxxviiij. Quoniam gloria uirtutis eorum tu es, id est, in te & tua uirtute gloriantur. Summa, laudem & decorem super eum posuit, id est, in te & tua uirtute gloriantur. Summa, laudem & decorem super eum posuit, id est, in te & tua uirtute gloriantur, quare de Christo gloriificato & praedicato & credito & adorato, intelligemus.

Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi, laetificabis eum in gaudio cum uultu tuo.

O o iij Regem